(4)-3

que penitentiam agunt. cum angelus eum educere uellet exire noluit. nisi qui eum ligaue-
rat educeret. Ad beato remigio reuelatum est. claues inuente piscis i-
uentre sunt. ita eductum restituit. duo. De baptismo.

Notandum quod aliud est habere sacramenta. aliud est habere rem sacramenti. ut omnide
baptismo agamus. cornelius antequam petrus uenisset habuit rem sacramenti.
petrus addidit sacramentum. In pueris autem in natali statutis sacramentum fidei
fidelem. Si quis autem baptizatur in fide heretici. habet tamen sacramentum. si postea
ea ad fidem conuenit. habet etiam rem sacramenti. nec iterandum est sacramentum quasi in-
sufficiens semel acceptum. Quod autem dicitur pueri salui fieri per fidem et con-
fessionem patrinorum intelligendum est. scilicet per sacramentum tantum est. quasi si hec vel qui liber dicitur
pro puero credo interior. nichilominus saluus erit. per sacramentum. Idem.

Non impedit baptismum ingratitudo quam nunc omnia peccata dimittat. In illo die ut firmum
in eius animo crudelitatem persistat. Soluitur enim hostis dies. in quo quod superest.
Soluitur in ipsa hora. momentumque; ante baptismum in baptismo.
Deinceps autem ira in nouo reus esse incipit. non solum consequentium sed in peccatorum dierum
horarum momentorum redeuntibus omnibus; que dimissa sunt. Nempe ista contingunt
in ecclesia. Idem de baptismo in quo uidetur sibi contrarius. Tunc ualere incipit
baptismum ad salutem. cum illa fictio ueraci confessione recesserit. que corde
perseuerante in malitia uel sacrilegio abolitionem peccatorum non sinebat fieri.

Manus impositionis sacramentum magna ueneratione — Eusebius.
tenendum est. quod ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus. nec tempore apostolorum
ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur. aut scitur peractum esse. Melchiades papa

Rogitastis utrum esset maius sacramentum manus impositio episcoporum quam baptismus.
Scitote utrumque esse magnum sacramentum. et sicut unum a summis pontificibus quod a minoribus
non perfici non potest. ita et in maiori ueneratione tenendum est. Sed ita coniuncta
sunt hec duo sacramenta ut nec uterum ab altero nisi morte interueniente nullatenus
possint segregari. et unum sine altero rite perfici non potest. Sed forte cogitat
aliquis quid michi prodest ministerium confirmationis post ministerium baptismatis. aut
in quantum uideo non totum de fonte suscepimus. si post fontem adiectione
noui generis indigemus. Non ita attendat caritas uestra. sed sic exigit mili-